



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

S. Gangerici Collegivm Cameracense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

40 DE CANONICORVM
CAPVT VIII.

S. MARIAE COLLEGIVM CAMERA-
cense Metropolitanum in Belgio.

Cameracum vulgò *Cambrayj*, veteribus
Samarobrina, vt quidam volunt, vrbs
antiqua, ad Scaldim Fluuum sita, tria habet
Canonicorum collegia, nimirum *s. Mariae*
Metropolitanum, itemque *s. Gangerici*, & *s.*
Crucis collegia. Metropolitanum collegium,
proculdubio, initia debet sua, primis illius
loci Episcopis, quos inter recensentur *Dioge-*
nes, & *s. Vedastus*, Clodouei primi Regis Gal-
liae Christiani catechista.

S. GANGERICI COLLEGIVM CA-
meracense.

S=nuis & Catholicis in Euosio Galliarum
castro. Vbi dū primis litteris imbuebatur, ti-
rocinij sui tempus in emeritam ætatem trans-
tulisse videbatur. Quare *s. Magnericus* Epif-
copus Treuirorum, præclarę indolis puerum
totondit, & totum Psalterium ediscere fecit,
& postea ad Leuiticum sublimauit ministeri-
um. Cumque obuium haberet paganum ho-
minem leporum, ad Baptismi gratiam eum
perduxit, & Vndis salutaribus ab vtraque le-
pra animæ & cutis emundauit. Incremente
autē beati viri fama, mortuo *Vedulpho Ca-*
mera.

meracensi Episcopo, clerus & populus par*i*
voluntate, leuitam Gangericum postularunt
Ordinatus igitur Episcopus, per annos plus
minus triginta nouem, prædicatione pluebat,
miraculis coruscabat, bonis operibus perpe-
tuò intendebat. Complures quoque noxios
de manibus iudicum diuinitus liberabat per
preces. Quibus peractis, plenus dierum in pa-
ce sanctæ Ecclesiæ quieuit, anno 594. tertio
Idus Aug. Quo die natalis eius ab Vsuardo &
alijs notatur, & historia à Surio ponitur. Se-
pultus est apud Cameracum in Basilica, quæ
ab ipso in montis vertice ad honorem S. Me-
dardi erat exstructa; vbi postea Carolus V.
Imp. exstruxit castrum siue citadellam, vt lo-
quutur. Vnde Canonici S. Gangerici cùm co-
gerentur templum suum deferere, receperunt
se in Parochialem Ecclesiam S. Vedasti; vbi
in magnifico choro, quem exstruxerant, cor-
pus S. Gangerici reposuerunt. Atque ita Ec-
clesia S. Vedasti dicitur nunc Ecclesia S. Gan-
gerici. Est præterea vetustissimum templum
in Palatina vrbe Bruxella ad eius honorem
consecratum. Ceterum Euosium Galliarum
castrum, nunc Iuodium dicitur, Lutzenbur-
gensis ducatus opidum: in quo est etiam Col-
legium Canonicorum. Sic ferè Molanus in
Natalibus SS. Belgij.